

## Aduertencias para

auctoritate, & Regis Hispaniarum curam hac  
tenus ex Charitate exercuerunt, eos ad fidem  
summis laboribus adducendo, & ad fidem con-  
uersos docendo, & eis Sacramenta adminis-  
trando. In nullo tamen propter hoc se subii-  
cientes Episcopis. Quandoquidem si sciuis-  
sent, qui ab Hispania huc aduenerunt ad hanc  
adiurandam Ecclesiam, q̄ subiici debeant  
Episcopis, nunquam huc venissent. Sed scien-  
tes, q̄ Fratres hic curam exercentes Indorum  
remanebant exempti penitus ab Episcopis, si-  
c ut in aliis Ecclesię partibus, ideo huc vene-  
re, alias vt diximus, nunquam venturi. Sed  
& istum eorum modum, scilicet curandi ani-  
mas ex charitate, vt credibile est, neque igno-  
rabant Summi Pontifices, neque Reges His-  
paniarum, qui eos huc miserunt. Notanter di-  
xi q̄ Fratres huc à Rege Missi, sunt huius Ec-  
clesię ministri, in locis. s. in quibus Sacra-  
menta ministrant. Quod patet, quia Rex te-  
netur de ministris prouidere in his Indiis.  
Mittendo enim Fratres, aut suos satisfacit one-  
ri, & suam exonerat conscientiam, vel non.  
Si non, frustra igitur laborat mittendo Fra-  
tres, & frustra in hoc magnos facit sump̄us,  
quod non est dicendum de tanto Principe  
Chri-